



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

Quòd homo non sit importunus in negotiis. 39

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

Ios. 9. cretatitum, diuinum intentiùs implorando suffragium. Propterea namque Iosue & filij Israel, à Gabaonitis leguntur decepti: quia os Domini priùs non interrogauerunt, sed nimium creduli dulcibus sermonibus, falsa pietate delusi sunt.

CAP. XXXIX.

*Quòd homo non sit importunus,
in negotiis.*

Domi- 1 **F**ili, † committe mihi semper cau-
nus. sam tuam, ego benè disponam in tempore suo. Exspecta ordinationem meam, & senties inde profectum.

Seruus. * Domine, satis libenter tibi omnes res committo, quia parum potest cogitatio mea proficere. Vtinam non multum adhærerem futuris euentibus, sed ad beneplacitum tuum incunctanter me offerrem.

Domi- 2 † Fili, sæpè homo rem aliquam ve-
nus. hementer agit, quam desiderat: sed cum ad eam peruenerit, aliter sentire incipit: quia affectiones circa idem, non sunt durabiles: sed magis de vno ad aliud, impellunt. Non est ergo mi-
nimum

nimum, etiam in minimis, seipsum relinqueret.

3 Verus profectus hominis, est abnegatio sui ipsius: & homo abnegatus, valdè liber est & securus. Sed antiquus *1. Pet. 3.* hostis, omnibus bonis aduersans, à tentatione non cessat: sed die noctuq; graues molitur insidias, si fortè in laqueum deceptionis, possit præcipitare incautum. Vigilate & orate, dicit *Mat. 26* Dominus, vt non intretis in tentationem.

CAP. XL.

Quòd homo nihil boni ex se habet, & de nullo gloriari potest.

1 **D**omine, * quid est homo, quòd *Seruus. Psal. 8.* memor es eius: aut filius hominis, quia visitas eum? Quid promeruit homo, vt dares illi gratiam tuam? Domine, quid possum conqueri, si me deseris? aut quid iustè obtendere possum, si quod peto, non feceris? Certè hoc in veritate cogitare possum, & dicere: Domine nihil sum, nihil possum, nihil boni ex me habeo; sed in omnibus deficio, & ad nihil semper tendo. Et nisi à te fuero adiutus, & interiùs